



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**[Marcellvs Miseratione Divina Titvli sancti Marcelli
sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Crescentius
nuncupatus ...]**

[S.l.], [1545]

[notarielle Beglaubigung]

urn:nbn:de:hbz:466:1-35040

omnium & singulorum, qui præfatam nostram sententiam incurrerint siue incurrerit quoquo modo, nobis uel superioribus nostris tantummodo reseruamus.
IN QVORVM omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum has præsentis literas siue præsens publicum Instrumentum Citationis & Inhibitionis exinde fieri, & per Notarium publicum, nostrumq; & huiusmodi causæ coram nobis scribam infra scriptum subscribi & publicari mandauimus, sigillisq; nostri iussimus & fecimus appensione communiri. Datum & actum Romæ in ædibus nostris sub anno à natiuitate eiusdem domini Millesimo quingentesimo quadragesimo quinto, Indictione tertia, die uero decima octaua mensis Iulij, Pontificatus prælibati sanctissimi domini nostri, domini Pauli, diuina prouidentia Papæ tertij anno undecimo. Præsentibus ibidem discretis uiris dominis Leone de Astorgia & Octauiano de Symonta Camerarijs nostris, Clericis Bononiens. & Mediolanen. testibus ad præmissa uocatis specialiter atq; rogatis.

Et ego Nicolaus Halot Clericus Tullensis Diocesis, publicus Apostolica auctoritate, ac sacri palatii Apostolici causarum & huiusmodi causæ coram Reuerendissimo & Illustrissimo domino Cardinale Crescentio Iudice & Commissario Notarius, Quia præmissis omnibus unà cum prænominatis testibus præsens interfui, eaq; omnia sic fieri uidi, ac in notam sumpsi, ex quo hoc præsens publicum Instrumentum Citationis & Inhibitionis manu propria scriptum subscripsi & publicauimus, signoq; & nomine meis solitis & consuetis, unà cum prænominati Reuerendissimi domini Iudicis sigilli appensione signaui, in fidem præmissorum rogatus & requisitus.

5